UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

6.par nu.15.uerſi.14. quæro. Ratio eſt, quia ea quæ deducta ſunt in conſuetudine uidentur deducta in conuentione.l.circa.C.locati. & l. quod ſi nolit §. qui aſſidua.ff. de edilict. edict.

REGVLÆ LVI.

1 Legatum annuum poteſt præſtari pro annis futuris per tex.in l.i.C. de fideicom. & pro præteritis peti etiam poteſt, in eadem ſpecie in qua debetur, iuxta tex.in l ſi certis annis.C. de pact. & ibi Ang.in ſua repet. & Bar.in l.i. C.de ſacroſanct.eccle. Ita Guid. Pap.q.576.nu.5.6. ratio eſt, quia aliud pro alio inuito creditore ſolui non debet.

1 Fallit hæc regula in annona ſpecierum in annis præteritis exigenda, quia præſtatio rerum ſpiciariæ pro annis præteritis poteſt peti in pecunia numerata tex.eſt in l.nulli.C.de errog.mil.anno.l.xii.quòd not.

2 Fallit etiam quando res eſt legata. ut ex ea recipiatur annus redditus, quia eo tunc uidetur res ipſa legata & non redditus.l.ſi fundum per fideicom. nu.23.ff.de leg.i.

3 Fallit itidem ſi non poteſt conſequi ab hærede, & per eum non ſterit. Ita notabil. Iaſ.in l.fideicommiſſum.nu.3. ff.de legat.i.& ibi Bal.in d.l.& in l. ſi non remunerandi.§. ſi.ff.mandat cum aliis ibi allegatis.

REGVLA LVII.

1 Legatum factum per maritum uxori de omnibus ueſtibus quas habet domi. an ueniant ueſtes exiſtentes pœnes ſutorem. Tu tene, quòd ſic. Ratio quia deſtinatione mariti erat. ut perfectæ domum reducerentur ad beneficium uxoris. Ita reſpondit Bar.in l.ex facto.§.rerum.nu.2. ff.de hæredib. inſtit.crem. ſing.64.

1 Fallit 1. quando ueſtes eſſent prohibitæ portari.ex forma ſtatuti,uel ex decreto principis. Ita Bar.in l.quamuis. nu.3.ff.de aur.& arg.leg.licet Bal. teneat quòd extimatio